Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



calorem ignium ut subita contrariorum
mutatio grauiorem inferat
cruciatum Experimento cognoui
quod adustus si frigidum statim
adhibeat sentiet cruciatum

De tormentis

ps. Sicut oues in inferno positi
sunt mors depascet eos Dic
tum est hoc a simili iumentorum
qui non radicitus herbas euel
lunt sed summitates solummodo
carpunt ut iterum herbe renas
cantur ad pastum Sic et impij
quasi morte depasti reuiuiscent
ad mortem ut eternaliter moriantur
Sic inconsumptum ciciy semperque
renascens non perit ut possit
sepe perire iecur Tunc erit mors
in mortalis tunc viuent mor
tui qui uite mortui sunt Que
rent mortem et non inuenient
quia vitam habuerunt et perdide
runt Audi iohannem in apok
dicentem In diebus illis querent
homines mortem et non inue
nient eam Desiderabunt mori
et fugiet mors ab illis O mors
quam dulcis esses quibus tam
amara fuisti Te solam deside
ranter optabunt qui te solam
uehementer oderunt Cur re
probi numquam liberantur a penis

Nullus ergo sibi blandiatur et
dicat Quia deus non in
finem irascetur neque in eternum
indignabitur Sed miserationes
eius super omnia opera eius
Quia cum iratus est non
obliuiscetur misereri nec quidquam
eorum que fecit oduit assumens
in argumentum erroris quod
ait dominus per prophetam Con
gregabuntur in congregationem
vnius fascis in lacum et clau
dentur in carcere et post mul
tos dies uisitabuntur Homo
namque peccauit ad tempus no
ergo deus puniet in eternum O
spes inanis o falsa presumptio Iob
Non credat frustra errore decep
tus quod aliquo pretio sit redimen
dus quoniam in inferno nulla est redemp
tio Congregabuntur ergo pec
catores in lacum et claudentur
in carcere scilicet in inferno in quo
sine corporibus usque ad diem iu
dicij torquebuntur Et post mul
tos dies postquam uidelicet resur
gent in corporibus in nouissi
mo die uisitabuntur non ad
salutem sed ad uindictam quia
post diem iudicij grauius pu
nientur Sic et alibi dicitur
Visitabo in virga iniquitates
eorum et in verberibus peccata eorum
Predestinatis ergo irascitur deus
temporaliter quia flagellat
omnem filium quem diligit
recipit De quibus illud accipi
Non in finem irascetur Repro
bis autem deus irascitur eter
naliter quia iustum est ut quod
impius in suo preuaricatur et
no deus vltiscatur in suo Nam
licet peccandi facultas illum dimit
tat ipse tamen non dimittit uo
luntatem peccandi Scriptum
est enim Superbia eorum qui te
oderunt ascendit semper Non hu
miliabuntur reprobi iam despe
rati de uenia Sed malignitas
tantum odij in illis excrescet ut ve
lint omnino non esse per quem se sci
unt tam infeliciter esse Maledi
cent altissimo et blasphemabunt
excelsum conquerentes eum esse
malignum qui creauit illos
ad penam et numquam inclinatur